





STANISLAI LYSIMACHI

Equitis Poloni

EPISTOLA

A D

CLAUDIUM LENTULUM

Nobilem Marchiacum.

*In qua*

Tectæ Gallorum, Pacis Bel-

live, artes; ac cum Turcis &

seditiosis Hungaris Conspi-

rationes, reteguntur.



CHRISTIANOPOLI.

M. DC. LXXXIII.

STANISLAV LVSIMACH

Epistolis Polonis

2201731



CLAUDIO LUTUM

Nobilis


in

Tege Gallorum, Paris Bel-

live, ante, ac cura Turis &

editionis Francigis Conspici-

rationes, insignum.



CHRISTIANOPOLIS

M DC LXXIII





STANISLAUS LYSIMACHUS

Eques Polonus

CLAUDIO LENTULO

Nobili Marchico

S. P. D.



Micitiaæ mutuique  
affectus commer-  
cium, LENTULE  
*Virorum Optime*,  
nuperrimæ argumento Epi-  
istolæ luculenter testatus es,  
anxiè à me requirens, ut quæ  
*de ingravescentibus in vicina*  
*Hungaria turbis*, Polonis  
mens sit? Ais quòd constans

A 2

fama

fama Gallos , imminentis ab  
immani Turca belli, reos fa-  
ciat, atque Poloniæ Rempu-  
blicam officinam ferat, nefa-  
ria consilia & molitiones ex-  
pedientem. Equidem haud  
obscurè exprobras meæ Genti  
facilitatem, pravis Gallorum  
facinoribus manifestè ab ali-  
quot annis indulgentem, imò  
foventem refractarios Panno-  
nes, donec hoc tempore cum  
Phrygibus demum sapiens,  
errorem nimis serò deprehen-  
dat, quod accersiverit, & la-  
teri suo junxerit internecinos  
hostes in Excidium Poloniæ  
pro libidine sua cotidie gras-  
fatu-ros. Amamus *Lentule*,  
& irascimur ex hominum &  
temporum ratione, in eo sanè  
pervicaces, quod satiùs sit  
quos



(5)

quos odisse cæpimus , forti  
dextrâ & palam ulcisci , quàm  
dolo & fraude , proditoriis ar-  
tibus evertere. Is inest Sar-  
matarum pectoribus candor ,  
qui haud facile in suspicionem  
trahit aliorum fidem ac inte-  
gritatem , potius ex propria  
indole aliorum ingenium æsti-  
mans, quàm improbitatis con-  
jectando infimulet.

Hanc profectò nobis lau-  
dem illibatam relinquo velim.  
*Lentule* , dum in æternis Tuis  
Comitiis Ratisbonæ Penelo-  
pes telam texit retexisque ,  
nostratumque Consilia exa-  
sciare non dubitas. Hungariæ  
factiosi Cives cum Exulum  
nomen pertinaciæ suæ præten-  
derent , fateor in Polonia la-  
tebras , commeatum, & Ami-

eos invenisse, privato nomine sibi succenturiantes; si quod Nobis est ex libertate Vitium apud Germanos, illud certe tot tantisque scopulis infame invenies, ut vel exinde hodierna vestra mala scaturiant. Quotquot Vobis Reguli & Suprematus noviter reperti vindices, tot etiam singulares fœderum pacis bellicæ pactiones ferè numerantur. Quidni igitur apud Poloniæ Satrapas flebile tuti recessûs beneficium impetrassent, ex humanitatis vicinitatisque communione, donec Cæsari, Regi & Domino, rursus conciliarentur, qui Patriæ libertatem, sacra profanaque jura violata, à Germanis querebantur. Hanc suppetian-



petiandi Hungaris mentem Gallos quoque & Bethunium tunc servasse constat, cùm afflictis oppressisque subvenire omninò Regium ferebatur. Voluit verò Polonia homines laribus profugos & fortunis exutos, Cæsari ac Christiano Orbi servare, nè in ultimæ desperationis periodum præcipites Turcis sese manciparent. Quodsi Gallorum scopus durante nupero in Germania bello, eò declinavit, ut Cæsari ægrè facerent, viresque illius distractas alibi distinerent, dolus vel Virtus in hoste pariter habetur. Postquam pace refarcitâ hostilem animum Galli retinuerunt, & motus Hungarorum ope consilioque propagârunt, excor,

A 4.

eror, abominor subleſſam fi-  
 dem, quæ amicitiaſ ſacra Jura  
 violat. Mihi etenim plurimis-  
 que ingenuis Poloniaſ Civibus  
 improbatum ſemper fuit; cùm  
 videremus ex Patria noſtra  
 tanquam Equo Trojano in  
 Hungariam & Tranſylvaniam  
 varios Galliaſ Exploratores  
 erumpere, qui petulantes  
 Pannonες ad contumaciaſ  
 pervicaciam & armorum ra-  
 biem ſuppeditatis opibus ar-  
 misque ſtimularent. Illud non  
 Nobis tantùm, ſed Orbi in-  
 notuit abundè, dum Antefi-  
 gnanus Rebellium Tranſyl-  
 vanorumque *Bobanus* ille,  
 aliiſque ſimilis farinaſ Galli, ſuis  
 in Hungaria facinoribus clari  
 longè latèſque graſſarentur.  
 Ambigebam ſanè aliquando  
 pa-



pacis noviter initæ religio-  
 nem æstimans, utrum publico  
 Galliæ consensu auctoritate-  
 que hæc patrarentur? Sini-  
 stram suspicionem revocat,  
 noxium esse Principibus cun-  
 ctis exemplum Subditorum,  
 fidem & obsequium exuen-  
 tium ferociam alere, & in bel-  
 li furorem adversus justum  
 Dominum protrudere; Ea  
 nunquam me lacessivit auda-  
 cia gloriam Regum & Princi-  
 pum allatrare; *O si tam fælix*  
*quam pectore candidus essem,*  
*extat adhuc nemo saucius ore*  
*meo.* Rex Christianissimus re-  
 rum fortiter feliciterque gesta-  
 rum famâ & magnitudine, il-  
 lud inter Mortales fastigii jam  
 tenet, quod moderatione tan-  
 tum indiget. Neque ille opus

habet artibus illicitis amplissimam laudem augere. Congenitum semper fuit generosis mentibus consilium, fortunam, & Victorias clandestinis insidiis haud furari sed aperto Marte vincere. Magnus Alexander talia suadentem Parmenionem suum non sine correptione rejecit, latrunculorum & furum, ajens, solertiam & votum unicum esse, fallere. Attamen Amici & Ministri pravè callidi, & molestè seduli fusque deque habere solent, per fas & nefas rem Dominorum auxisse, si propriam perinde opimio rem reddant, quod nunc de Gallis oppidò constare puto. Hinc sciscitatus aliquoties fui ex iis, quibus apud nos Regium Gal-

liæ



liæ aurum sumptus suppeditat  
 (nec enim Nobis defunt Cives  
 in liberâ Republica ad servi-  
 tutem nati, qui Galliæ manci-  
 pia potiùs quàm ingenuos Po-  
 lonos agere gestiunt: ) Quid  
 hoc temporum spatium Galliæ  
 cum Transylvano Principe  
*Apaffio*, Turcarum dediti-  
 tio cliente necessitudinis ma-  
 gnopere intercedat? quam illi  
 turbarum incentores *Akakia*,  
*Vernajus Boucautius*, alique  
 istius fortis forices, tot itio-  
 nibus, tot reditionibus clan-  
 culariis foverent vel propaga-  
 rent? Non aliam reddi cau-  
 sam intellexi, quàm quod  
 Galli nunc ubivis terrarum  
 suum fixerint sterquilinium,  
 cristas erigentes, ut quod spe-  
 dudum devorârunt, Orbis

Dominium capeffant. Jactant  
 illi Gallicantes oraculi legem;  
 haud aliud fcilicet eſſe Domi-  
 nationis Auftriacæ frænum,  
 Europæ dum imminet, quàm  
 fi Galli cum Ottomannis fœ-  
 dus inierint, & ſubinde ſacri  
 Codicis authoritate pactam  
 cum Infidelibus amicitiam ar-  
 morumque ſocietatem, illos  
 defendere, tu quoque legeris  
*Lentule*. Quafi verò quæ in-  
 juria prohibendæ cauſâ ali-  
 quando permiſſa in Chriſtia-  
 norum injuriam & Sanctæ  
 Matris Eccleſiæ deſolationem  
 legitimè torqueantur. Quis  
 Auftriacorum fit ille hoc re-  
 rum ſpatio, qui Orbis Domi-  
 nium rapturus Gallos laceſſat?  
 Noſtri Gallicantes monſtrare  
 non potuerunt. Vetera igitur  
 re-



recentiaque contendentibus  
 planum fore credo; Gallis  
 Turcisque consiliorum com-  
 munionem ab antiquo inter-  
 cedere, Legatoque Regis pe-  
 nes Portam Ottomannicam  
 excubanti nullum sanctius  
 Consilium esse, quàm Impe-  
 ratoris & Hungariæ negotia  
 illic speculari (loquor verbis  
 cujusdam Oratoris Veneti  
 haud obscuri nominis) bel-  
 lumvè in laceri istius Regni re-  
 liquias accendere, quoties  
 Gallorum ambitioni visum, ex  
 alienis miseriis & Christiano-  
 rum clade, dominandi libidi-  
 nem alibi locorum licentiùs  
 expandere. Præcones equidem  
 Gallicæ magnitudinis superbè  
 jactitant rogantque an *Ludo-*  
*vico Magno* perdita Hungaria

opus sit, quam ille servare omninò contendit. Illustre illum generosæ pietatis documentum, & in Aulis præcipuorum Principum testatum dedisse, cum Luxemburgum arcta pridem corona cinctum, ac deditiōni proximum dederet liberamque prædam è manibus dimitteret; postquam celerrimo Nuncio Viennam perlatum esset Otomannicam potentiam tota virium mole in procinctu, & Belgradum versùs in itinere esse, ut expeditis armis Hungariam vicinasque Provincias Austriacas uno impetu obrueret. Regem scilicet Christianissimum noluisse committere, quin Cæsar, tum alii quibus perniciem extremam amoliri

in-



incumbit, integras vires inter-  
 necini hostis furori oppo-  
 nere possent, nullis in Belgio  
 vel ad Rhenum armis Gallo-  
 rum irretiti vel impediti. Glo-  
 riæ plenum & tanto Rege  
 profectò dignum quieti &  
 tranquillitati Christianorum  
 consulens consilium, mirati  
 sumus omnes & gratulati; so-  
 lida quoque laus ad posteros  
 derivata Gallos maneret, nisi  
 propullulante mox rei tanti-  
 sper tectâ veritate, sequiora  
 quæque & fucum nimis pellu-  
 cidum subesse statim patuisset.  
 Quamvis fileantur alia præte-  
 riti temporis flagitiosa exem-  
 pla, nullum tamen apertius  
 perversæ fidei suæ argumen-  
 tum, quàm hodiè Nobis præ-  
 buerunt Galli. Scrutantibus  
 quip-

quippe acriore studio jactatæ  
 famæ causam & celerem qui  
 ferebatur nuncium, nullus &  
 nemo Constantinopoli alla-  
 psus se visendum præbebat,  
 neque Turcarum exercitum,  
 suis quemadmodum solet  
 Asiæ, Græciæ, Thessaliæ cæ-  
 terisque remotioribus sedi-  
 bus excitum in Campum pro-  
 gredi exploratum habebatur.  
 Imò verò ex literis inter Gal-  
 liæ emissarios Constantinopo-  
 li in Transylvaniam & Hun-  
 gariam frequenter reciprocis  
 liquidò perspectum fuit, Anni  
 proximè elapsi die 30 Men-  
 sis Decembris in Aula Otto-  
 mannica consilio sanctiore,  
 quod *Divanum* nuncupant,  
 Præside Muphtio Muselmani-  
 cæ superstitionis Pontifice,  
 bel-



bellum adversus Imperatorem, decretum fuisse. Adeò de Authoribus & Proxenetis minùs dubitandum., quòd Galli deliberationum & conclusionum Divani participes non erubuerint quasi de re benè gesta, & machinationum successu exultare, literis hinc inde datis, Rebelligis de promotis jam Turcarum auxiliis gratulari ac de commodis inde speratis mutuis, fausta quæque ominari. Rem non per vanos rumusculos acceptam, sed luculentis neque inficiandis documentis. iisque authoribus compertam narro, quibus fidem denegare Religio sit. Quodsi tu *Lentule* in coarguendis Gallis tardior es, si Tibi mei

Sar-

Sarmatæ Gallicis innexi machinis visi sunt , æquâ obsecro lance perpendas , quæ ad eximendum Tibi hunc scrupulum penitus aperio. Lippis & tonforibus notum est, quòd stantibus Sempromii anno præterito Hungariæ adhuc Comitibus, Inclyta Gens Hungarica solemni Elogio professæ sit, & manibus quasi palpandum dederit, Cives suos Patriam extorres, pecuniis Galliæ sustentatos, aureisque plenos promissis, Cæsaris & Regis sui clementiam & cum popularibus suis concordiam repudiasse. Deinceps vero *Akakia* in Transylvania cum Rebellibus fœdus seu belli societatem renovans amicitiam firmiùs strinxit.

Ea



Ea propter Galliæ emissarii  
 spreto pudore tum Juris Gen-  
 tium, sanctæque pacis vincu-  
 lo, in clandestino licet faci-  
 nore manifeste deprehensi  
 laxatis corruptelarum habe-  
 nis latiùs ferociusque grassati  
 sunt. Doleo saltem dulcissi-  
 mam mihi Patriam Poloniam  
 fraudis & flagitii scenam in-  
 struere debuisse, quàm pro-  
 bus quisque lugens contem-  
 platur.

Indulserat rursùm Cæsaris  
 Benignitas refractariis Panno-  
 nibus tuta securaque hyber-  
 na anno proximo ut per armo-  
 rum ferias ad suum obsequi-  
 um in Patriæque confessum re-  
 grederentur. Et jam tum re-  
 versuros fuisse existimo, in  
 Gallorum artibus lymphati  
 bonam.

bonam mentem prorsus exuissent. Novimus centena florenorum millia in pabulum & fomentum Pannoniæ tumultum, & Turcarum irritationem Parisiis Gedanum in Borussiam destinata à Collybista illic *Fromontio* Galliæ Exploratoribus pluribus solutionibus, ne dolosus finis statim patefceret, numerata fuisse. *Vernayus Boucautius* certè Comitis *Tekely* Speculatori *Valentino Nemesanio* undecies mille & tercentum Ducatos consignavit, ut factiosi Pannonos rupto armorum interstitio *Zatmarinum* munimentum, telis aureis priùs aggredierentur, solito Gallis aucupio præsidarium militem vel Cives inescaturi.

Polo-



Poloni profectò ut Tu *Lentule* persuasum habes malignas ejuscemodi fraudes ne-  
tquam approbarunt ; Ete-  
nim Proceres nostri , Regis  
Christianissimi in Aula Sere-  
nissimi Regis Poloniæ Orato-  
ri ordinario facinus hocce  
seriò objecerunt , consensu  
jussuque publico , ne similia  
imposterum patrarentur, in-  
dignationem Regis nostri in-  
terminati ; Excusationem *Vitrius* à responsi elencho pe-  
tiit , nihil quippe pecuniarum  
Rebellibus transmissum fuisse  
asserens , quod præsentanea  
numeratione datum esset : Ita  
fallaciis & sophismatibus ro-  
bur veritatis eluditur. Sed  
per singulares etiam in id de-  
stinatos homines æs Gallicum  
in

in Hungariam permeasse scito. Nefariæ & clanculariæ Gallorum technæ, eousque notæ, perspectæque sunt apud nos, ut illustrium quoque Fœminarum indignationem exciverint. Jusserat *Radziviliana Princeps Vidua*, ne per suam ditionem Scoliensem Transylvaniæ contiguam, Gallis pecuniâ instrumento turbarum gravibus, libera commeandi facultas esset; Cum verò hi vel focordia vel dissimulatione sui in bonis Administri, tamen penetraissent, hunc ad sese evocatum injectis vinculis castigavit. Ipse Marchio *Vitrius* totaque Poloniæ Aula, hominem compedibus propterea constrictum obambulare, atque



atque hoc cum ferri onere, iussu ejusdem Principis Viduæ, ad aliud Dominium abduci conispicata est. Nimirum Mulier fortis & prudens apud nos inventa fuit, quæ Orbi patefaceret Poloniam abominandis artibus neutiquam applaudere.

Credidisset unusquisque Gallos & *Boucautium* præsertim modestiæ leges accuratius observaturos; Ast verecundiæ fines semel transgressi audacius egere. Nam corruptelarum Architecti existimantes literarum & Consiliorum commercium cum Legato Gallico Constantinopoli, tum Turcis & Rebellibus vix alibi locorum opportunius frequentari, furtivis cum *Valentino*

*Sentino Nemessanio & Petro  
Jaigelio*, aliisque *Tökeli* asse-  
clis in Poloniæ finibus &  
Transylvaniæ congressibus fu-  
nestas machinationes protru-  
serunt acrius, mox unum,  
mox alterum Parisios Orato-  
rem destinando. Hinc à Se-  
renissimo Rege Nostro flagi-  
tavit Cæsareus Residens, vel-  
let juberetque sua Majestas,  
homines Gallos nullo prorsus  
in Regno & Republica Poloniæ  
legationis munerisque chara-  
ctere insignitos, finibus suis  
exesse; postulare id a vita pacta  
in mutui promotionem com-  
modi olim inita, & à Sacra Cæ-  
sarea Majestate hætenus illi-  
batè observata. Ex Regis igitur  
Serenissimi Senatusque  
Polonici dictamine Legatus  
Chri-



Christianiss. monitus fuit ut  
 suscitantes in vicina Pannonia  
 motus *Akakiam* & *Vernajum*  
*Boucautium* dimitteret, para-  
 riisque amotis armorum Tur-  
 cicorum vim & periculum a-  
 verteret. Neque enim aliam  
 causam fingi posse cur *Ver-  
 naius Boucautius* circa Leopo-  
 lim hæreat, cur hinc illinc  
 clandestinè reptando, in locis  
 nulli aliàs negotio opportunis  
 moretur, quàm ut nefariæ cum  
 Rebellibus & Ottomannis  
 Societatis & Conjurati-  
 onis ferram trahat, bellumque de-  
 solatæ Hungariæ creet. Assen-  
 tiri Senatûs Regii dictamini  
 detrectavit *Vitrius*, & quo  
 minus *Boucautium* dimitte-  
 ret, Ministri Gallici sibi que  
 subordinati Nomenclaturam

B

illi

illi circumdare sustinuit; qui tamen, nullius Juris Gentium tutelæ sibi conscius, in Schismatico Basilianorum Monasterio latibulum tunc quaesivit. Negare etiam voluit Legatus *Vitrius* sibi quicquam cum Hungaris aut Infidelibus communionis esse : Luculenter ostendisse Regem suum cum Luxenburgum pro derelicto haberet, quo ardore Rei Christianæ prospectum cupiat. Tantum abesse Gallos aliquid sinistri agitare. Promisit tamen *Vitrius* ad abolendam suspicionem *Vernajum* Varsoviam secessurum, ibique operiturum nova Regis mandata. Sed indigna Christianis Consilia & machinamenta clam palamve hucusque patrata, finem



nem' perinde necdum sortita fuerunt.

Post aliquod temporis intervallum Cæsareus Minister in Aula Polonica comperiens novos iterum pecuniarum rivos Gedano ad Gallos permanasse; Sacr. Reg. Poloniæ Majestatem redintegratis precibus accessit, orans ut noxii demum homines Rempubli- cam purgarent. Nimirum ipso- met Legato Marchione *Vitrio* adstante omniâque coram vi- dente ac audiente, in publica Senatorum Regni corona por- recto libello & verbis compo- sitis questus est: *quod Verna- jus Boucautius locum subinde diversorii, nullatenus verò mentem & facinora mutasset, retentusque in sinu Poloniæ*

B 2

fue-

fuerit. Recentioribus nunciis  
 exploratum esse Gedano resi-  
 duum æris & collybij Gallici  
 adductum, ut plene & plane sol-  
 vantur centies mille floreni in  
 sustentationem Rebellionis,  
 Hungaris vi conventionis ini-  
 tæ, debiti. Obtestatus proinde  
 est Serenissimum Regem, ne pa-  
 teretur talia tumultuum fomen-  
 ta in detrimentum Christianæ  
 Reipublicæ, imò ipsiusmet Po-  
 loniæ periculum & noxam, ad  
 Hungaros asportari, præcipue  
 quòd fæderis legibus, cum Au-  
 striaca Domo olim percussi &  
 hætenus integri, id prorsus re-  
 pugnet. Quod si secus fieret, id  
 cunctorum Principum aulis  
 promulgatum iri; improbas  
 Artes, corruptelasque, ut  
 ubivis per Europam dispale-  
 scat



*scat, Gallos esse qui Rebelles Pannonos, Transylvanos, Turcas & Barbarorum colluviem provocaverint, & Austriacas ditiones eorum furori per incendia & rapinas immolarint : ut causæ suæ diffidentes, quæ ex Sacri Imperii finibus clepserunt, nulloque tenent jure, sub insidiosæ Pacis vocabulo, repetitis tertium pactis liberius usurpare queant, donec quæ supersunt deglutiendi occasio offeratur.*

Renovatum quidem tunc Regis Senatusque nomine, & Legato Gallico rursus declaratum prius Interdictum, ut excederet Polonia *Vernajus Boucantius*, vanis mox excusationibus protelationum technis elusum. Statim *Vi-*

trius Administrum Regis & suum appellitavit *Vernajum*, quò Legationis nonnullo colore illum tingeret, nè incolumitate Juris Gentium exclusus vim pateretur. Abstinerunt Poloni rebellionis Coryphæum abigere, & justis animadversionibus licentiam ejus coarctare, imò fidem dederunt nullam vim illatum iri. Meminerunt etenim Nostrates, quod hisce temporibus Gallis vix ulla in Christiano Orbe solennior querela in promptu sit, quàm de læsis Oratoribus & Ministris suis, qui omnes terras strenuè pervagantur, (verba sunt *Caroli Paschalii* Galli in Comment. de Legat.) & subinde ut lupi hædilia disjectantes cöercentur, ne cul-  
ta



ra Paſtorum evertant, & oves  
 deglubant. Illorum certe ſo-  
 noræ accuſationes, dum ru-  
 pta humanitatis fœdera & Ju-  
 ris gentium ſanctitatem teme-  
 ratam inclamarent, Germa-  
 niam nuper & olim obtun-  
 dere potuerunt. Tametsi ab  
 Ottomannis illatam Legato  
 ſuo atrocioſiorem injuriam ala-  
 pamne facile diſſimulent ac  
 contemnant. Dum ipſe Ra-  
 tiſbonenſium Cœtus Comi-  
 tiõrum, præcipuæque apud  
 Vos Aulæ Principum, Gallos  
 Emiſſarios promiſcuè admit-  
 tunt, ſovent, imo amplexan-  
 tur, Noſtratibus integrum  
 haud fuit, quodam Legatio-  
 nis tegmine indutos ejicere.  
 Duraret ſaltem Germanis  
 Tuis mi *Lentule* priſca legum-

disciplina, in Patriam amor,  
 & in Cæsares reverentia, quæ  
 superiore adhuc sæculo vixit;  
 Galli tunc primum conjura-  
 tionis cum immani Turca rei  
 habiti sunt, idcirco Galliæ Le-  
 gatis in Germaniam omnis  
 aditus erat præclusus, quæcun-  
 que illis denegata securitas,  
 Principesque Imperii abnue-  
 bant vel Epistolas ex Gallia  
 advolantes suscipere: Germa-  
 ni tunc lege in Comitibus sanc-  
 ta Gallos Turcarum Socios  
 cane pejus & angue odisse jus-  
 si, omne cum illis commer-  
 cium abrupere, ut insidias &  
 dissensionum semina à vafer-  
 rima gente callidè sparsa evi-  
 tarent. Nunc fata vestræ Pa-  
 triæ miseranti, ingemiscere &  
 ingeminare licet. *O tempora! o*  
*Mo-*



*Mores!* Sed ecce Polonia salutare exemplum quod Germani imitentur, præbuit. Castellanus Premisliensis, cernens Gallicos turbones publico nomine è Polonia haud ejici, diras autem molitiones quæ jugulum tot innocentium Christianorum petunt, cottidie ingravescere, in oppido suo Nimiravia *Vernajum Boucantium* tolerare detrectavit, abitumque illius coadunatis hominibus urgere cœpit, ne piacularis contactu hospitis fœdaretur. Accusatio atrox haud defuit, nec animus aut ferocia *Vitrium* Marchionem destituebat, iram evomendi; is tanquam Legatus Regis Christianiss<sup>mi</sup>. Regem nostrum Seren<sup>m</sup>. Procerum solita sti-

patum stola in Aula adiit, &  
 molestiam focio suo illatam  
 gravatus Juris Gentium tute-  
 lam *Vernajo* vindicans, coër-  
 citionem Castellani Premis-  
 lensis deponere ausus est. Rex  
 verò pervicacem hominis ve-  
 cordiam animadvertens, in-  
 dignabundus edixit, superva-  
 caneum esse Legationis mu-  
 nus & præsidium *Vernajo* cir-  
 cumdare; in aprico esse cujus  
 generis sint tragœdiæ, quæ  
 sub Legationis larva ludan-  
 tur; plane constare quas ma-  
 chinas Galli cudant, quidque  
 ipsi penes Portam Ottoman-  
 nicam alibive cum Turcis con-  
 spirantes egerint, ubi *Aka-*  
*kia* & *Vernajus* fuerint, quid  
 consilii cœperint, quid quan-  
 tumque nummorum in Hun-  
 garos,



garos profusum fuerit, quem-  
 admodum vis, fraus, artes-  
 que nefariæ adversus Cæsarem  
 & Christianorum salutem in-  
 struantur. Inficiari præter  
 omnem expectationem ob-  
 jecta *Vitrius* voluit, arbi-  
 tratus præter se suosque Gal-  
 lorum labem & furiosos cona-  
 tus cunctos mortales igno-  
 rare. Rex autem Seren<sup>mus</sup>.  
 meritò excandescens prom-  
 ptè regessit, sponsionem se-  
 cum iniret Marchio *Vitrius*,  
 committeretque 10. aureo-  
 rum millia, quæ nisi palam  
 objecta probra ritè proben-  
 tur, eidem Victori cessura  
 sint. Tibi *Lentule* narro quæ  
 ipsemet oculis meis vidi & au-  
 ribus coram percepi. Quod si  
 fortuna Te quoque præsen-  
 tem

tem præstitisset, reputasses  
 sane instar *M. T. Ciceronis* in  
 Curia Romana Regem Polo-  
 num tum perorasse: *Quous-  
 que tandem abutere, Catilina,  
 patientiâ nostrâ? quamdiu nos  
 iste furor tuus eludet? quem  
 ad finem effrenata sese jacta-  
 bit audacia? Patere consilia  
 tua non sentis? constrictam  
 omnium civium meorum con-  
 scientia Gallorum cum perditis  
 Hungaris ac Turcis conjuratio-  
 nem non vides?* Marchio autem  
*Vitrius* non postulare am-  
 plius Legatorum immunita-  
 tem; non flagitare cum Cati-  
 lina, ne quid de se suisque te-  
 merè crederetur, ne quis-  
 quam existimaret Gallis per-  
 dita Hungaria opus esse. Ob-  
 stupuit Orator, & titubanti

VOX.



vox faucibus hæsit , alto nimirum silentio cuncta affirmanti. Cæteri præsentēs Galli sic consternati tunc stabant, sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se aspiciebant, ut non à nobis Polonis notari, sed ipsi à se viderentur. Tanta videlicet est vis conscientiæ ! tale pel-  
lucidæ veritatis robur occultum, quod homines in machinando obscuros, & audendo feroces, fulmine quasi tactos elingues reddit, adque edendam tacitam facinorum confessionem percellit. Habes hic *Lentule* historiam non illepidam recensendam popularibus Tuis, quibus omnia Gallorum honesta & inhonesta laudare & extollere mos

est. Nunc maximè Vestrates  
 percontari lubet, an sincere-  
 ram, an fidam Pacem ab Gal-  
 lis sperent? qui tranquillita-  
 tis & dulcissimæ quietis bona  
 tam ardue differunt, & novam  
 transactionem quocunque pre-  
 tio redimendam censent. Si  
 Tiberii Cæsaris manes in Cu-  
 ria vestra Comitiali ab Inferis  
 reduces versarentur, quanto  
 justius vobis Imperii Statibus  
 occinerent: O homines ad  
 servitutem natos! Fingi nemo  
 ingenuus ea putat, quæ pa-  
 tent, quæ nota omnibus,  
 quæ tenentur & palpantur.  
 Vestratium tamen plurimos  
 ancipites ambiguosque hæsu-  
 ros reor, an Gallos suspectæ  
 in Pacem fidei? an conspira-  
 tionis cum Turcis reos dam-  
 nare



nare debeant? Verum quod majus longè est, an infidias amoliri; & Patriæ salutem libertatemque tueri ausint? plurimos anxie quæsituros prævideo; Memor sum quippe eorum, quæ coram experiri licuit dum peregrinus apud vos agerem: Quod si concordēs ad Germaniæ gloriam vindicandam, si Majorum Vestrorum, Virorum ædē pol fortium! non degeneres posterī esse velitis, quam proclive foret externam servitutem depellere; domi Regum instar vivere, Galliæque compedes irridere.

Quid autem consilii in hoc sententiarum divortio capiendum vobis sit, si tenuem opinionem meam admittis, atrocior  
vobis

vobis tempestas ab Oriente minatur, non fortunarum solum amissionem, sed libertatis, animæ ac vitæ excidium, & cladem extremam. Hæc dum matura seriaque mente perpenditis, Aras, focos, conjuges, liberos, Patriamque cui omnia debemus intueamini, supplices vobis tendentes manus, ne in prædam & duram servitutem vestra socordia præcipites abripiantur.

Illud vetus : *Ne Hercules quidem contra duos!* si mihi offeris & quocunque demum pretio transigundum putas cum Gallis, pluris scilicet meritò esse Hungariæ Regnum Reipublicæ Christianæ propugnaculum, quàm Argentinam

ur-



urbem: sevientem Pelagō prudentem Nauclerum sarcinas suas immolare, jacturam lucro ducere, ut tempestatis pericula evitet. Sed alium in herba anguem laterē autumo; Gallia Ottomannos excitavit, hi postquam Austriacas Provincias diluvii instar inundaverint, ubi Viennam obsidione presserint, finitimasque in terras lanienam & rapinas propagaverint, demum res Germaniæ ad restim & extremæ desperationis punctum pervenerit; opitulaturus aderit Gallus precibus vestris invitatus, vel ultro ad incendium Reip<sup>a</sup>. Christianæ restinguendum non aquam sed oleum & fomitem belli allaturus. Plura præfagæ mentis

con-

confectanea non addo ; Mihi quod vulgò persuasum est , haud verosimile fit , Romæ olim Principem suum faces subdidisse , ut ex Trojæ deflagrantis imagine voluptatem caperet : Misero , laribus suis exturbato , & cunctis fortunæ bonis exuto populo subveniendi & benefaciendi ansam quæsierat ; videbaturque Nero condendæ urbis novæ & cognomento suo appellandæ gloriam quærere . Vos ergo Germani quid vitetis , quid petatis ambigui , insidiosa imprimis declinetis auxilia . Rex Christianissimus ex promissione cunctis Christianis Principibus reus est , defensionem vestram contra cruentissimos Barbaros suis armis haud impedi-



pediendam esse. Hoc ut præstetur facile obtinebitis concordēs ab eo qui pignori jam infistit, discordēs autem vos Gallicæ dominandi libidini subjicietis, ac dum singuli seu pugnabitis seu tractabitis, vincemini, vinciemini & decipiemini universi. Differatis saltem jurium disceptationem & titulorum apices, atque Chymeras hoc tempore, quo inter armorum fragores & paventium consternationem leges vix audiuntur, & ne utique exaudiuntur. Non Curiatii sed Horatii in Patriæ incolumitatem sitis, non Metii Suffetii in subsidiis Romanæ Rei Germanæque ferendis oportet ejuratis partium studiis. Denique membra separata

rata à capite cadaverescunt.  
 Proh juratam fidem Seniori  
 & Domino vestro directo at-  
 que unico ad suprematus fa-  
 stigium in Imperio à vobis-  
 met ipsis jure & usu invetera-  
 to, evecto, servatote, si nu-  
 men propitium habere, & Di-  
 vinam Nemesein evitare veli-  
 tis. Quid splendoris residu-  
 um erit planetis, si solem  
 ipsi suum obfuscent; si Lu-  
 nam per lilia cultam vos ipsi  
 Phœbo anteponatis; si Aquilam,  
 Gallo posthabeatis, sus-  
 que deque volventur omnia,  
 spiritu vertiginis in pœnam  
 perjurii ab Tartaris in vos evo-  
 cato. Nota est pridem in vos  
 directa cavillatio: *Solos Ger-  
 manos, peregrinis adhære-  
 scendi libidine, non esse Patriæ*  
*aman-*



*amantes; quæ tamen omnes omnium caritates complecti debet.* Poloniam meam accusandi æquam rationem haud invenietis, nihil profectò sinisteri, sed Amica quæque à Sarmatis meis Vobis promittatis velim. Agnoscimus nos quod proximus ardeat Ucalegon; supersunt nobis ad Patriæ salutem tuendam Majorum exempla, animi & arma fidesque; ut tu *Lentule* quæ sentio & solita sinceritate aperio, cordi habeas, candorem tuum obtestor, ea rursus à Te expectans quæ mentem meam interdum anxiam & imminetium malorum meditatione fessam, erigant, refocillentque. Vale interim & fave.

Da-

Dabam in prædio meo Calen-  
dis Septemb. 1682.

---

*Sermo Residentis Casarei Zierowski ,  
dictus in publica Audientia , coram  
Sacra Regia Polonia Majestate , præ-  
sentibus Ministris Sacra Regia Ma-  
jest. Christianissima , aliorumque  
Principum : Javorovia , die 6 Octo-  
bris 1682.*

**S**erenissime ac Potentissi-  
me Rex, Domine , Domine  
Clementissime.

Contigit me legisse vitam,  
acta , & negotia gesta Cardi-  
nalis Cômmentoni, regnante  
Sigismundo Augusto , & sub-  
sequente Electione Henrici  
Valesii , Extraordinarii à  
Sanctâ Sede Apostolicâ , in  
hoc Regno , Oratoris. Is usu  
ha-



habebat, ut convitia & obtre-  
 ctationes, aut quidquid in  
 Eum malitia confingere pote-  
 rat, per contemptum despi-  
 ciendo, semper silentio præ-  
 terierit. Crediderim tùm a-  
 liam rerum fuisse faciem, a-  
 liosque mores, quàm quos  
 præfens ætas exhibet, aut mea  
 per tot annos experientia no-  
 tavit. Mihi enim citra gravè  
 præjudicium tacere non licet,  
 dum inaudii, Ministros Suæ  
 Majestatis Christianissimæ, his-  
 ce diebus, quasdam literas,  
 domestica scilicet testimonia  
 circumtulisse, quasi Internun-  
 tius Suæ Majestatis Cæsareæ,  
 Domini mei Clementissimi, ad  
 Aulam Ottomannicam con-  
 stitutus, id unicè ageret, quò  
 bellum contra Poloniam di-  
 rectè

rectè converteret. Quàm injuriosa hæc sint, & quorsum colliment? quivis facile, nedum Majestas Vestra clementissimè dignoscet; ad diffidentias scilicet, & odia inter vicina Regna, quæ nunc vel maximè cohærere necesse esset, excitanda. Sed non repere-  
runt Aulam Sacræ Majest. Vestræ tam incautam, ut fidem adhiberet: cui utique innata Austriaca pietas probatissima, quæve novit, Ministros tales ibidem non deligi, qui tam indigna vel audeant, vel tentent. Certa equidem Polonia, Suam Majest. Cæsaream abundè comprehendere, quòd perinde sit, Pòloniam, vel Hungariam perire, cum nonnisi, uno cadente,  
alteri



alteri beneficium Ordinis superfit. Verùm Serenissime ac Potentissime Rex, laceffitius veriora fero, idque non clandestinis susurrationibus, sed apertè coram Throno Majest. Vestræ, totoque Orbe, produco originales correspondentias & literas à Ministro Sac. Reg. Majest. Christianissimæ, *Du-Vernay Boucoid* hîc præsentè, ad primarium Rebellium Ductorem *Thekelium* datas: ex quibus Majestas Vestra haud difficulter dijudicabit & advertet, quæ illa sint, quæ *Du-Vernay* habeat, & tantis cautelis ad *Thekelium* perferri cupiat, quorumque ipsammet Majest. Vestram infimulat. Meminit autem Majest. Vestra clemen-

tissimè, quot, quantifque in-  
 stantiis à Majestate Vestra ex-  
 petierim, ut hic *Du-Vernay*,  
 non modò Suæ Majestati Cæ-  
 sareæ, sed & Regno Majest.  
 Vestræ perniciosus, stantibus  
 Compactorum Juribus, è  
 Regno Majest. Vestræ dimo-  
 veretur, sed ad conquirenda  
 evidentiora documenta, con-  
 vincentesque probationes re-  
 missus, iis nunc exhibitis, o-  
 mninò mihi persuadeo, Maj.  
 Vestram talia adhibituram  
 média, quò dictus *Du-Vernay*  
 sine mora è Regno Majestatis  
 Vestræ expediatur. Et ne au-  
 res Majest. Vestræ pluribus fa-  
 tigem, reliqua præsentī Me-  
 moriali inserta, humillimè de-  
 fero, & memetipsum Regiis  
 Maj. Vestræ gratiis submississi-  
 mmè commendo.

*Me-*



*Memoriale supradicti Residentis Casarei  
Ziercwski, in publica coram Sac.  
Majest. Audientia traditum, & le-  
ctum: FAVOROVIA d. 6. Octobr. 1682.*

**A**D ultimum Memoriale,  
quorum plurima Sac.  
Regiæ Majest. Vestræ submis-  
sissimè detuleram, tandem ex  
Senatûsconsilio hanc recepe-  
ram resolutionem, ut ipsemet  
attenderem & curarem, si  
quæ convincentia obtinere  
possem, quæ in hoc Majest.  
Vestræ Regno circa corre-  
spondentiam Ministrorum  
Sac. Reg. Majest. Christianissi-  
mæ, cum Primario Rebellium  
Ductore *Thekelio* intercede-  
rent, quæque Compactatis  
& foederibus inter Sac. Cæsa-  
ream Majestatem, Dominum

meum Clementissimum , & Sac. Reg. Majest. Vestram , ab antiquo & recens stabilitis , adversarentur ; præsertim cùm Sac. Reg. Majest. Vestra meis nonnisi relationibus informata , aliam luculentiorē notitiā non habuerit : è contra verò , plurimis , Ministrorum Regis Christianissimi , contestationibus nihil quidquam tale illos moliri , assecurata fuerit. Quo accessit ipsa Regis Christianissimi , per totam Europam , & in Aulis omnium ferè Principum Christianorum , præsertim dum *Luxemburgum* præclusionē passuum solveretur , facta declaratio , imminentibus nimirum cum

O.



Oriente moribus , Suæ Majestati Cæsareæ , & Augustissimæ Domui Austriacæ nihil adversi inferendum , quò tantò faciliùs communi Christianitatis causæ prospici possit. Hinc Majestas Vestra nec quidem dubitare poterat , ut cùm Turcæ Rebellibus conjuncti , durantibus quidem induciis , loca & munimenta in Hungaria expugnent & evertant , quidpiam tot tantisque declarationibus repugnans , eventurum esset. Verùm ipse Deus , causæ suæ , quia Christianitatis Protector & Vindex , tradidit talia in manus meas , quæ coram Throno Majestatis Vestræ , & universo

Orbe produco documenta:  
 Literas scilicet & correspon-  
 dentias, inter Ministrum Gal-  
 licum *Du-Vernay* & *Theke-*  
*lium*; tam piis utique Sere-  
 nissimi Regis Christianissimi,  
 & verè Christiano Principe  
 dignis, inhibitionibus & ma-  
 nifestationibus, è diametro  
 contraria. Res nullo speciali  
 artificio contigit, quia nec-  
 dum homines proprios, per  
 licentiam quidem habitam,  
 disposueram, & solam non  
 nisi correspondentiam cum  
 Oecono<sup>mo</sup> Bonorum Illu-  
 striss. Dni. *Stadnicki*, Castel-  
 lani Præmissiensis colueram,  
 ubi Minister Gallicus *Du-*  
*Vernay* suâ importunitate,  
 quam nuper & in Monaste-  
 rio Basilianorum propè Ja-  
 vo-



voroviam exercuerat , eam indignationem meruit , ut Oeconomus mihi familiarior , & intentionibus meis faventior factus fuerit ; ita ut dum Hungari Niemirowiâ , ex Statione *Du-Vernay* redirent , ab eodem detenti , unâque cum literis sibi subtractis , potestati meæ traditi sint : quos quidem tabellarios ad partes Ditionum Suæ Majest. Cæsareæ , Domini mei Clementissimi , jam expedivi , ipsas quoque literas , factâ prius hac publicâ productione , ad Sac. Cæs. Majestatem transmissurus , ut Mundo aperte constet , an hætenus sinistrae meæ fuerint querelæ , quas adversus eundem *Du-Vernay* , Principis sui manda-

tis contravenientem exposui. Magna certè Universalæ Christianitati, magna Augustissimo Cæsari, sed nec minor Majestati Vestræ, per hunc *Du-Vernay* illata est injuria, ut qui infciâ Majestate Vestrâ in hoc Regno, tanquam domi suæ, tam indigna, ipsam hanc perniciosam correspondentiam ad Orientem usque protendendo, frequentissimè sibi usurpavit, ut Orbi ferè impressionem fecerit, quò crederet, quasi Polonia Interesse suum ex Viciniæ periculis non comprehendens, proprio lateri, per tolerantiam hujus *Du-Vernay*, pugionem admoveat, quo se ipsam conficiat. Plus dico: In ipsum  
Re-



Regem Christianissimum ,  
 Principem ac Dominum suum  
 injurius est , dum occasio-  
 nem ad feram usque poste-  
 ritatem suspicandi præbet ,  
 quasi talia vel injunxerit ,  
 vel permiserit. Vestra verò  
 Majestas haud indignè vel  
 illibenter feret , ubi prope-  
 diem Francofurtum ad Mœ-  
 num , præsens Orbis Thea-  
 trum , & Ratisbona viderint ,  
 quæ & quanta in Regno Ma-  
 jestatis Vestræ hucusque  
 perpetrata , & in præjudi-  
 cium Christianitatis , me-  
 diantibus Ministris Gallicis ,  
 & Rebellibus , acta sunt :  
 In Regno inquam Majesta-  
 tis Vestræ , cui à tot secu-  
 lis , cum Augustissima  
 Istriaca Domo , ejusder

Regnis & Provinciis , stric-  
tissima intercesserunt Fœde-  
rum Compactatorumque Ju-  
ra , ex eo scilicet fundamen-  
to progressa , quod utrum-  
que Regnorum crederet, alte-  
rum stare non posse , si unum  
corrueret.

Annus autem elabitur ,  
quo dictus *Du-Vernay* in  
diversis , intra Regnum Ma-  
jest. Vestræ , Hungariæ vi-  
cinis , locis latitat , obten-  
dens mandatorum Principis  
Sui expectationem. Quasi  
verò Gedanum aut Regio-  
montum , eâ , quâ Galli so-  
lent ire viâ , Galliæ non ef-  
set propinquius , ea omnia  
excipiendi , quæ Rex Chri-  
anissimus jusserit. Sed au-  
ultavit hucusque novitates  
ex



ex Hungaria, fors ut cum gratulatione ad *Thekelium* accederet, & novæ Ottomanicæ Inaugurationi, suis utique conatibus promotæ applauderet. Dum itaque de tantis in Regno quidem Majest. Vestræ, sed eâdem inficiâ, intercedentibus machinationibus, coram Deo & Majestate Vestra, totaque Christianitate, quàm sollemnissimè protestor; Eandem Majest. Vestram submississimè exoro, dignetur hisce evidentissimis & plusquàm convincentibus documentis perpenſis, tandem efficacissimè resolvere, & serio demandare, ut hic *Du-Verhâ*, qui & fictione suâ in præjudi-

Christianitatis abutitur, & protectione Juris Gentium se indignum reddit, è Regno Majestatis Vestræ, haud morâ expediatur: cùm ipsa Romanæ Ecclesiæ Jura & Censuræ, armorum ad infideles deportatores, quidni cum iis, collusores, ipso facto pro Excommunicatis habeant, hicque *Du Vernay* non modò à Sua Majestate Christianissima severissimè puniri, sed potius è Regno ejusdem Suæ Majestatis proscribi mereatur, utpote qui mandata seu inhibitiones transgressus, in ipsum Principis Sui honorem & reputationem, ubique per orbem proclama-



clamatum. Sicarium egit,  
 cujus firmitas si in terra  
 periret, in ore Principum  
 inveniendum esset. Nec am-  
 bigo Majestatem Vestram  
 tot iteratis æquissimis in-  
 stantiis (suffragantibus vel  
 ipsis Compactatorum Juri-  
 bus, propriæque convenien-  
 tiæ rationibus) permotam,  
 locum iisdem daturam, dum  
 benignissimis gratiis Regiis  
 me submississimè commen-  
 do.

*Litera Ablegati Gallici Du-Vernay  
 ad primarium Rebellium Ductorem  
 Emericum Thökölium,*

**I**llustrissime Domine, Do-  
 mine mihi Observandis-  
 sime:

Scriptas ad me septimâ hujusce Mensis ab Illustrissima Dominatione Vestra ex Castris ad *Fileck* positis literas, simul cum ad Portam Ottomanicam Oratoris nostri inclusis, grato animo accepi. Sed non sine aliquo stupore, quod antequam ad ejusdem manus pervenissent, resignatæ fuerunt. Miror etiam, quòd de o b fi di o-  
 44, 2, 300, 147, 44,  
 ne Fi le c k i  
 280, 187, 252, 13, 20, 9; Illustritas Vestra nihil ad me.

ja m  
 Spero attamen 225, 42,  
 sua a esse in po te s-  
 362, 1, 183, 232, 313, 374, 48,  
 ta te  
 374. Ex ultimis meis ad  
 Do-



(63)

Jaigel

Dominum 467, intelliget,  
quo ti es pro mi f-  
333, 375, 164, 319, 264, 48,  
fo ru m i fi de m  
361, 343, 22, 187, 146, 42, li-  
ha be-  
berare; & quidquid 272, 107,  
o per la tu m vo-  
44, 316, 251, 377, 22, 391,  
lu e ri m sed de fu-  
255, 5, 341, 22, 368, 146, 189,  
i t se m pe r occasio  
9, 49, 359, 22, 311, 47, 303.  
fi i ex fu i s,  
Aliquos 360, 166, 362, 9, 48,  
homin es ad me mi t-  
12, 18, 164, 72, 263, 264, 29,  
te et immo s non  
374, 29, Illustritas Vestra, 286,  
ide orbe n t ni fi  
146, 107, 43, 249, 281, 3

no c te do mu m me-  
 282, 3, 374, 148, 266, 22, 263,  
 à m in o g re di u t  
 1, 22, 23, 7, 340, 147, 50, 49,  
 in f ci i s om ni-  
 232, 48, 119, 9, 48, 298, 281,  
 bu s e a fa ci a mus  
 110, 48, 15, 1, 185, 119, 1, 277,  
 ma gi s  
 quæ à nobis 262, 204, 48,  
 de si de ra n tu  
 146, 360, 146, 339, 43, 377,  
 Ca ve re de be  
 47, 117, 389, 340, 146, 107,  
 et i am im p ri  
 23, 49, 165, 9, 75, 231, 45, 341,  
 mi s ne bit i ne ri  
 264, 48, 280, 235, 9, 280, 341,  
 f e com mit ta n  
 359, 48, 5, 1, 2, 6, 373, 23,  
 quo Ja n va ro vi-  
 333, 225, 388, 342, 390,



(65)

â re c tē Ni mi ro  
1, 340, 3, 374, 281, 264, 342,

vi am e ò

390, 142, ducitur, 5, 44,

quo d fu n t per mu

333, 14, 362, 43, 49, 316, 266,

l ti E qui te s

41, 375, 15, 332, 374, 48,

Serenissimi Poloniae Regis

ju f fu ex p lo

229, 48, 362, 166, 45, 254,

ra to re s à qui bus

339, 376, 340, 48, 1, 332, 116,

vi a to re s om no

390, 1, 376, 340, 48, 298, 280,

s per f c ru ta n

48, 316, 48, 13, 343, 373, 23,

tu r de ti ne n tu

377, 47, 146, 375, 280, 23, 377,

r que ita que

47, 331. Existimo 246, 331,

Secu-

Secur i ta te m major

364, 9, 373, 374, 22, 268,

em esse P re mi s

161, 183, 45, 340, 264, 48,

li a m et Ja ro s

253, 1, 22, 34, 225, 342, 48,

la vi a m ad d ex

251, 390, 1, 22, 72, 4, 166,

te r am re li n qua

374, 37, 75, 340, 253, 23, 330,

n t ve ni en te s

43, 39, 389, 281, 160, 374, 48,

ad me Sa n do

72, 263, quasi, 353, 23, 148,

mi ri a m te ne re

264, 341, 1, 22, 374, 280, 340,

n t u n de Ni mi

43, 49, 50, 43, 146, 281, 264,

ro vi a m in g re

342, 390, 1, 22, 232, 7, 340,

di vi de re n tu

147, 390, 146, 340, 23, 377,

r Qui



r Qui a ex p lo ra  
 27, 332, 1, 166, 25, 254, 339,  
 to ri bus u n di que  
 376, 341, 116, 30, 43, 147, 331,  
 ci n c tu s fu m  
 119, 43, 13, 377, 48, 362, 22.

Adjunctas Illustritati Vestræ  
 recomendo, ut primâ cer-  
 tâ occasione transmittere di-  
 gnetur. Utar ego pari diligen-  
 tiâ in iis omnibus, quæ à me  
 desiderare poterit. Cum toto  
 animo sum, & maneo

*Illustritati Vestræ*

Paratissimus Servus

Nimiroviæ 22 Septemb.  
 1682.

Du-Vernay Boucauld.

Inscriptio Tituli : Illustrissimo Do-  
 mino

mino Comiti, Emerico Thököllo : Hæreditario in Kesmark, & Arva, Exercitûs Ungarici pro Patria militantis, Generali, Domino, & Amico mihi Confidentissimo, Observandissimo.

*Post peractam hanc Audientiam, Sua Majestas Regia tales cum Rebellibus, consequenter in rem Infidelium machinationum ausus, sui que insimulationes graviter ferens & publicè acriùs reprehendens, missis altero die specialibus Regni Officialibus memoratum du-Vernay è finibus Russiæ statim excedere jussit. Illo tamen tantam celeritatem deprecante, dies nonnulli ab ipso desiderati, quibus rhedam*



è finibus Transsylvaniæ reci-  
peret, eidem concessi sunt. In-  
terea per Residentem Cæsa-  
reum ultiores diligentia ad-  
hibita, tanto successu, ut non  
modò Pocillator Thökölj à  
Du-Vernay Nimiroviâ redux  
nomine Kelemeschi, sed & li-  
tetarum Thökölj, & ejus con-  
fidentioris Officialis Jaigeli  
ad Du-Vernay delatores, u-  
nâ cum ipsis originalibus li-  
teris intercepti sint, quæ par-  
tim nudè conscriptæ, partim  
ex cyphrarum involucris de-  
tectæ, de verbo ad verbum hîc  
appositæ sunt.

*Litteræ Thekely ad Du Vernay.*

**I**llustriss. Domine , mihi  
Observandissime.

Nullus ambigo , quin Illu-  
striss. Dominatio Vestra Ab-  
legatum meum, Egregium *Va-*  
*lentinum Nemessani* , pro sin-  
cero ejusdem hætenus sem-  
per declarato erga me affectu  
& candore , favorabiliter  
prosecuta sit , & negotiorum ,  
*medio ipsius coràm declarato-*  
*rùm , cursui , multùm efficaci*  
*sua recommendatione , apud*  
*Christianissimum Galliarum*  
*Regem pondus addiderit : quo*  
nomine obligatum me ad reci-  
procationem parilis dexteri-  
tatis Illustriss. Dominationi  
Vestræ exhibendæ , declaro.

Por-



Porrò quam rerum faciem  
 progressumque res meæ ha-  
 buerint hucusque Illustriss.  
 Dõinationi Vestræ pro de-  
 bito necessitudinis mutuæ re-  
 scribendum censui: Nempe  
 occupatâ *Cassoviâ*, & Arci-  
 bus quàm plurimis jugum  
 subire coactis, *Budensi Vezirio*  
 copiisque Turcicis auxilia-  
 ribus *Filekinum* Fortalitium  
 aliàs famosum, nolens pro-  
 tectioni meæ sese subdere, post  
 obsidionem spatio duarum  
 hebdomadarum toleratam, ad  
 conditiones pacis acceptan-  
 das, suppliciter provolvi (Præ-  
 sidiariis & cunctâ plebe eò co-  
 actâ, cum sarcinulis, quas qui-  
 vis humeris suis sustentare ef-  
 ferreque poterat, liberè di-  
 missis) compulsus, & con-  
 sequen-

fequenter dirutum est, Ger-  
 mano milite in proximo circa  
 montanas oberrante, & hæc  
 conniventibus oculis intuen-  
 te, qui impar viribus ad resi-  
 stendum, se ex montanis civi-  
 tatibus (uti rumor est recen-  
 ter allatus) proripuit, & ex-  
 pilatâ civitate *Vetero-Solienſi*,  
 aliisque locis, regressum præ-  
 cipitare dicitur, quocum For-  
 tunæ aleam subire animus est,  
 nec prætermittetur occasio  
 eundem profligandi, Pa-  
 triamque hanc in tranquillum  
 statum pristinæ libertatis re-  
 ponendi, ut quæ Cæsar sup-  
 pliciter rogatus remittere no-  
 luit, invitus cedere cogatur,  
 Nemefi Divinâ sortis meæ mi-  
 feratâ serò quidem, at eò gra-  
 viùs ultionis pœnas repeten-  
 te.



(73)

re. Quid posthac rerum ge-  
rendarum occurrerit, genui-  
nè Illustriss. Dominationem  
Vestram informare haud præ-  
termittam. Me de cætero be-  
nevolentia ejusdem recom-  
mendans, maneo

Illustrissimæ Dominationi  
Vestræ

*Dat. ex Castris Hungaricis ad  
Fillek positis, die 18 Septem.  
1682.*

ad officia paratus

Emericus Thököli.

*Inscriptio :* Illustrissimo Domino  
Du-Vernay Boucauld, Christia-  
nissimi Regis Galliarum Legato  
Extraordinario, mihi observan-  
dissimo.

D

Litteræ

*Litera Petri Jaigel Commendantis  
Cassoviensis ad Du-Vernay.*

**I**llustrissime Domine mihi  
colendissime.

Præterito die Mercurii, occupato & deleto Fortalitio *Fillek*, ubi plusquam mille Janiczarones perierunt, post-hac primùm omnibus Hungaris, qui penes Principem Transylvaniæ fuerant, ad Dominum Comitem per Vezirum pulsus, cum summa solemnitate, præsentibus Comitibus, & universis Statibus Regni Hungariæ Superioris est in Regem electus, & à Turca confirmatus, elevatusque Princeps Comes, cui à Porta pileus, loco Coronæ oblatum, item Vexillum & Sce-



Sceptrum : qui finitâ electio-  
 ne, recusavit se uti titulo Re-  
 gis, sed titulo Principis, cu-  
 jus titulus est talis: *Emericus*  
*Thököli Princeps, ac Partium*  
*Regni Hungariæ Dominus*  
 &c. Finitis his, selectam mi-  
 litiam Vezirus dedit Domino  
 Comiti, ut fugientem Exerci-  
 tum Germanicum prosequeretur  
 Princeps Noster. *Caprara* deprædatis montanis  
 civitatibus, derelictis Forta-  
 litiis *Vigles & Zolian*, disces-  
 sit & abiit verius *Threnezir*  
 Illustriss. Domine & majori  
 facere potuissemus, sed qui  
 videmus Vestræ Illustritatis  
 maximam a pro mi ssa  
 267, 1, 319, 264, 48, 358,  
 non adimpleri, & hic caren-  
 tes mediis, mitius debemus

Nemessani a bi vi  
agere. 4 6 6, 1, 108, 390,  
t ad Regem Gallia.

29, 72, 4 2 0, Necesse  
sum est, ut Vestra Illustritas  
optimè ibi recommendet ne-  
gotia nostra, commissum est  
ipsi ut omnia ibi agat cum  
honor e Illrtis Vra.

2 1 9, 15, 4 3 8, Brevi  
ad  
mittemus expressum 72,  
Illustr. Vestram in Ja ro

4 3 8, 232, 225, 339,  
s l o  
48, 21, 24. Rogo per amo-  
mi t ta t

rem Dei 264, 29, 373, 29,  
ho ne s ta m

215, 280, 48, 373, 22. Quo-  
tam. Ego interea sum sem-  
per,



(77)

per , & maneo quisquis de-  
beo esse &

Illustritatis Vestræ

Servus Obligatissimus

Cassoviæ 22. Septembr.

1682.

Petrus Jaigel.

467.

Inscriptio :

Illustrissimo Domino Du-Vernay  
Boucauld , Christianissimi Regis  
Gallarum Legato Extraordina-  
rio , mihi Colendissimo.


*Post iteratam harum lite-  
rarum per Residentem Cæsa-  
reum productionem , elapsim-  
que*


que dictorum dierum spatium,  
 Sua Majestas Regia ultimatè  
 Legato Serennissimi Regis  
 Christianissimi, Domino Mar-  
 chioni De-Virry insinuari fe-  
 cit, ut accedentibus majori-  
 bus & gravioribus semper do-  
 cumentis, sine omni ulteriori  
 mora Du-Vernay expediatur.  
 Cui resolutioni Regiæ jam om-  
 ninò morem gerere debebit.




F I N I S.















Śląska Biblioteka Publiczna

220173

I

L.

*Hic liber est mag. post mortem  
reuer. cuius*

